



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 144. Eugenius primo extremam unctionem sibi a S. Antonino  
conferendam recipere cunctatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. Basilicam S. Joannis in Laterano proces-  
A.C. 1447. serunt, & S. Sylvestri Papæ mitram, quam  
 paulo ante Avenione Romam delatam,  
 Eugenius ex Vaticano ad Palatium La-  
 teranense transferri jusserat, ac præterea  
 S. Joannis Baptistæ caput, præcipuasque  
 Sanctorum reliquias in Ecclesiis asserva-  
 tas detulerunt. Postea solemne Sacrum  
 celebratum est, atque de Eugenio Papæ,  
 & Friderici Imperatoris laudibus sermo  
 habebatur. Sanctus Antoninus, eo tem-  
 pore Florentinorum Archiepiscopus, qui  
 totam hujus rei seriem nobis scriptam  
 reliquit, se ipsum cunctis interfuisse te-  
 statur.

*Antonin. tit.*  
 22. §. 17.

## §. CXLIV.

*Eugenius primo extremam unctionem  
 sibi a S. Antonino conferendam  
 recipere cunctatus.*

*Platin. &  
 Ciacon. de  
 vit. Pontif.  
 in Eug. 1V.*

Cum Eugenio morbus indies magis  
 magisque ingravesceret, S. Antoni-  
 nus eundem accessit accepto sacro oleo, ipsi  
 extremæ unctionis Sacramentum admi-  
 nistraturus. Cui intranti Eugenius ere-  
 cto animo ac voce adhuc firma, quid  
 est, inquit, adhuc sum fortis, cum aderit  
 hora, admonitum te faciam: siste modo.  
 Pugnabat vicinam adversus mortem in-  
 trepidus Pater, hacque animi fortitudine  
 corporis sui debilitatem, ac mortis pro-  
 ximæ

ximæ angustias velare conabatur. Ve-  
 rum statuta obitus hora appropinquante, Sæcul. XV.  
 A. C. 1447.  
 irrita erat cum morte pugna; cum igitur  
 modicum vitæ spacium sibi superesse  
 cognosceret, omnes, quotquot Romæ  
 agebant, Cardinales ad suum cubile accer-  
 siri iussit, quos impavido, ac forti animo  
 hunc in modum allocutus est.

## §. CXLV.

*Morituri Eugenii verba ad  
 Cardinales.*

*Meum tempus, meusque dies est, Venerabi-  
 les amatique fratres, moriendum est  
 mihi; nec naturæ legibus queror, diu vixi, Platin. in  
 vita Eug. IV  
 En. Sylv.  
 Europ. c. 58.  
 & honoratus; utinam officio meo satisfacis-  
 sem, sed voluntatem magis quam opera re-  
 spicit Deus. Mihi Pontificatus, etsi spe-  
 ranti, non tamen ambienti obvenit, multa  
 acciderunt adversa, dum Sedi præsumimus A-  
 postolicæ; non tamen idcirco minus acceptos  
 Nos Deo credimus, quia quos diligit, Deus  
 corrigit atque castigat, nec male esset acturus,  
 si cum hominibus renuit, qui cum fortunæ  
 varietate luctantur, sed esse arcanas causas  
 ad quas nulla mortalium curiositas potest  
 pervenire . . . Ceterum quia jam horæ no-  
 stræ subripiuntur, modicumque vobiscum  
 ero; quia vocor ad Iudicem, Regem, & Pa-  
 trem, testari prius volumus, testamentumque  
 Domini nostri Iesu Christi vobis relin-  
 quere,*